

uideant et audientes non intellegant;
Est autem haec parabola. Semen est uerbum di.
Qui autem secus uiam sunt: hi sunt qui audi
unt; Deinde uenit diabolus, et tollit uerbu
de corde eorum ne credentes salui fiant.
Nam qui supra petram: qui cum audierint
cum gaudio suscipiunt uerbum; Et hi ra
dices non habent: quia ad tempus credunt.
et in tempore temptacionis recedunt;
Quod autem in spinis cecidit: hi sunt qui audi
erunt: et a sollicitudinibus et diuitiis et uo
luptatibus uitae euntes suffocantur et non
referunt fructum; Quod autem in bo
nam terram: hi sunt qui in corde bono et op
timo audientes uerbum retinent; Et fruc
tum afferunt in paciencia;
Nemo autem lucernam accendens operit
eam uaso. aut subtus lectum ponit. sed sup
candelabrum ponit ut intrantes uideant
lumen; Non est enim occultum quod
non manifestetur: nec absconditum
quod non cognoscatur et in palam ueniat;

1. Berlin, Staatsbibliothek, theol. lat. qu. 198, p. 147